



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Formica.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

396 *Pars secunda de elevatione*

23. Crudeles, Pharisæi, Pseudopolitici, &c. Si-  
cūt exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita ex-  
altari oportet Filium hominis, ut omnis, qui cre-  
dit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam éter-  
nam. Joan. 3. Serpens ergo æneus num. 21.  
quem aspicientes sanabantur à vulneribus igni-  
torum serpentum, typus est JESU Christi Cru-  
cifixi, in quem sive ab homine, sive à Dæmone  
tentatus devotum debet defigere obtutum. Vir-  
ga Aaron versa in colubrum, quæ coram Pha-  
raone virgas Magorum pariter præstigiis Dæ-  
monum in Dracones versas sive apparentes sive  
substitutos devoravit Exod. 7. Okendit Dei præ  
Dæmone vires.

*Formicæ.*

**V**Ade ad formicam piger, & considera vias  
ejus, & disce sapientiam, quæcum non ha-  
beat Dux nec Præceptorem, parat in estate ci-  
bum sibi, & congregat in messe, quæ comedat.  
Prov. 6. Stupenda Dei potentia ac providentia,  
prudentiam & curam pro futuro tam parvo in-  
dens animalculo.

*Rana, Locusta aranea.*

**M**isit in eos (Ægyptios) cœnomyiam, &  
comedit eos, & ranam, & disperdidit eos.  
Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum  
locustæ. Pl. 77. Sic Reges & potentes humiliare  
& perdere potest Deus per tam parva ac vilia.  
Sic viæ omnium, qui obliviscuntur Deum, sicut  
telæ